cujus morte dyabolus fuisse
legitur. Qui sicut presencia su-
a animam egredientem terret, tur-
bat et contristat, ita Christus
letificat et visione sua sancta
confortat. De vtraque hac visio-
ne sponsa dicit in canticis: Sur-
ge aquilo et veni auster. Aquilo
ventus durus est et significat dya-
bolum, qui ait: Ponam sedem
meam ad aquilonem et similis
ero altissimo. Auster qui flat
a meridie Christum designat
qui est media dies id est media-
tor dei et hominum. Ad hoc
beata Elyzabeth dicebat a
dyabolo fuge, fuge, fuge, vt rece-
deret. ad hoc dicebat Modolo-
quamur de deo et puero Jhesu vt
ille cum ipso maneret. Loquens
vero de saluatore, iocundissi-
ma fuit tamquam non infir-
maretur, ita vt diceret: Licet
debilis sim, nullam tamen
sencio infirmitatem. Et ait
audiente Yrmingardi: Jam
tempus instat, quod omnipo-
tens deus eos qui amici ejus sunt
vocabit propter humilitatem in
plurali numero hoc de se loquens.
Et tota illa die que sanctissimum
ejus obitum precedebat deuotissima
manebat, sponsi sui aduentum
prestolans cum esset intratura ad
nupcias. Quid aliud est oleum
in lampade nisi deuocionis gra-
cia in corde. Deuocionis ignis